



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XLVI. Commendatitiae litterae, ad Episcopum iam cognitum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

FORMULARVM LIB. II. 181  
menta salutis, locupletes thesauri  
facultatis.

XLVI. COMMENDATITIAE  
*litteræ ad Episcopum notum.*

Dominō reuerētissimo illi Pa-  
pæ, ille. Reminiscētes vestram  
affectionatam beatitudinis charita-  
tem, qua tunc ob retributionem  
æternam, nostræ extremitatis perso-  
nolam, in intimis visceribus, ac si-  
vnicæ dilectionis vinculo ample-  
ctabamini sedulè; Quia fiducia pro-  
uocatus, hos apices vilitatis nostræ,  
fidenter ad dignationem vestram,  
per fratres nostros, filios vestros, ge-  
rulos præsentes destinare præsum-  
psi, per quos vestræ almitati, si præ-  
sumptio nō offendit, salutationum  
munia, ut decet, non arroganter, sed  
humiliter destinare præsumo, quos  
ut commendentur in omnibus re-  
cipere dignetis, quæsumus oportu-

M iii

182 MARCVLF MONACHI  
nè. Etenim in tam longinquis re-  
gionibus, propter necessitates fra-  
trum comparandas cuntes, vestris  
Christo præsule adminiculis fulciā-  
tur, pro quibus beneficiis centupli-  
cato fœnore, à Domino retributo-  
re bonorum omnium refertā mer-  
cedis sommulam in eum recipiatis  
dignissimam. Dominus Deus no-  
ster piā coronam vestram memo-  
rem mei, & præsentibus repleat bo-  
nis, & dignam reddat æternis. Dom-  
ne semper meus.

XLVII. ITEM COMMENDA-  
tio litteræ ad Abatem notum.

**D**omino beatissimo, & meri-  
tis venerando, patri illi Abati.  
Ille in Domino perpetuam mittit  
salutem. Multimoda nobis, beni-  
uolo vestro, generare comperite  
gaudia, quotiens aditus dederit  
oportunos, ut ad indagandam so-